HERIMANNUS de mensura Astrolabii

Herimannus pauperum christi peripsima: et philosophie
tyronum asello immo limace tardior assecla Berh-
toldo suo iugem salutem in domino. Cum a pluribus
saepe rogarer amicis: ut mensuram astrolabii que apud no-
strates confusa obscura et pessime mutilata vulgo
invenitur: lucidius planiusque describere temptarem
idque hactenus non propter inscientiam: non etiam propter
pedissequam heu nimis familiarem desidiam subterfugerem
tandem a te postremo instantia perpulsus: prout
inertia pigritiaque permittente potui: deposito more
mendacium fabrorum operi incunctabunda desides manum
apposui: non lepori: non eleganti verborum compositioni sed
intricate rei aperte studens explanationi. In quo re siquid
indocta obsequentis peccavit temeritas: benigna iuben-
tium amicorum indulgeat caritas: totumque suo potius de-
lictum ascribat studio: qui misello tam grave onus
non peperit imponere dorso. In quo te animum meum ut reliqui
alii fiant si mea scripta legentis: gratanter ut inveniam
decet quominusque scripta simpliciter inter prefati instru-
menti certa mensuram: ut si te commoda aliqua di-
cendi ratione commoveris permaneri: ea tam alacris
suspiciens alias ceu propositi studia investigare